

# De Augmento monet. 47

non sit in mora, & Bartolum reprehendit Imolin  
c. quanto. & erit solutum in ereditori si fiat solutio de  
moneta, quæ currebat tempore contractus, quæ  
in substantia non sit variata, & illa moneta minu-  
ta, ut florenus recipit suam estimationem hoc co-  
siderato, quod si illa moneta reperiretur in rerum  
natura, (prout reperiebatur tempore Serenissimi  
Ducis E M A N V E L I S F I L I B E R T I, quo tem-  
pore etiam libra argenti fuit impressa) illa esset rati-  
ti valoris, & per solutionem illorum florenorum  
non est dubium, quod debitor non morosus esset  
omni obligatione liberatus, & ridiculum esset di-  
cere quod debitor, qui est obligatus solum tot flo-  
renos, vel argenteam monetam, quæ tot florenis  
estimatur, cogatur soluere pro illa moneta aurum  
vel argenteam pecuniam maioris ponderis, & va-  
loris contra conuenta.

Sexta hinc subsequitur conclusio. Ad hanc  
calculationem faciendam duplicem bonitatem  
considerari in moneta, quam admodum necessa-  
riam esse omnes uno ore Doctores assuerant, In-  
trinsecam vnam, & extrinsecam alteram; unde &  
Augmentum siue Incrementum illud de quo lo-  
quimur, & quod supra diffiniuimus in dupli-  
differentia versari intelligimus, prout ex varia-  
tione bonitatis rerum quibus ad jicitur illud quo-  
que cernimus variari. Intinseca bonitas vul-

-go di-